

308 Cinea

Pirro, desideroso di pace, manda a Roma Cineia; i Romani stanno per accettare le sue condizioni, ma Appio Claudio li dissuade: se Pirro vuole la pace, prima deve andarsene dall'Italia.

Post victoriam apud Heraclēam Pyrrhus, cum putaret sibi valde utile fore cum Romanis bellum componere,¹ Cinēam legatum² Romam misit ut aequas condiciones pacis ferret. Is tam peritus erat artis dicendi³ et aptus ad persuadendum, ut Pyrrhus saepe diceret se plures⁴ urbes Cinēae eloquentia cepisse quam armorum vi. Cum Romam igitur Cinēas venisset, frustra principum animos ingentibus donis sibi conciliare temptavit. Tradunt enim non solum viros, sed etiam muliēres eius munera sprevisse. Cum tamen Cinēas in curia de pacis condicionibus disseruisset, senatus sententiā⁵ ad pacem inclinabat. Tum Appius Claudius, cum haec cognovisset, in curiam venit ibique demonstravit pacem non esse opportunam. Itaque patres Cinēae responderunt nisi Pyrrhus ex Italia excessisset, Romanos⁶ pacem cum eo numquam facturos esse.

¹ **bellum componere**: «porre termine alla guerra». ² **legatum**: «come ambasciatore», predicativo. ³ **peritus... artis dicendi**: «esperto nell'arte oratoria»; *dicendi* è il genitivo del gerundio. ⁴ **plures**: «più numerose»; è comparativo di *multus*. ⁵ **senatus sententiā** = *sententiā senatus*: «il parere del senato». ⁶ **Cinēae... Romanos**: «risposero a Cineia che se Pirro non se ne fosse andato dall'Italia, i Romani...»; *Romanos* è il soggetto dell'infinitiva (*facturos esse*).

comprensione del testo/4	0,5=insuff 1=suff	1=2-3 1,5=4
conoscenza delle regole morfo-sintattiche/4	1,5=discreto 2=ottimo	2=5 2,5=6
resa in italiano/2		3=7 3,5=8-9 4=10

309 Il ciliegio

Mentre assedia Cerasunte, Lucullo trova nei campi circostanti un albero dai frutti molto gustosi; lo chiama col nome derivato dalla città conquistata e lo fa trasportare a Roma.

Plinius Maior¹ narrat cerāsos ante victoriam Mithridaticam² in Italia incognitas fuisse. Nam tradunt L. Licinium Lucullum, quem Romani ad persequendum Mithridatem miserant, non solum magnam auri et argenti vim, sed etiam feras et arbores populo Romano usque ad illud tempus incognitas ex Asia Romam tulisse. Plinius tradidit eum, cum urbem Cerasuntem obsideret et in agris prope urbem stantibus ambularet, casu arborem multis et rubicundis bacis³ onustam vidisse. Laudavit igitur truncum, ramos, folia, umbram, sed multo magis fructum, quem magnā cum laetitiā gustavit. A Cerasunte arborem cerāsum appellavit et inde Romam vexit. Nemo ignorat cerāsum gratissimam Italis fuisse.

¹ **Plinius Maior**: «Plinio il Vecchio»; contrapposto a *Iunior*, «il Giovane». ² **Mithridaticam**: «su Mitridate», «contro Mitridate» (non tradurre «di Mitridate»!). ³ **multis et rubicundis bacis**: «di molte bacche rosse»; ricorda che in latino due aggettivi riferiti a un sostantivo vanno uniti con la congiunzione *et*.

comprensione del testo/4	0,5=insuff 1=suff	1=2-3 1,5=4
conoscenza delle regole morfo-sintattiche/4	1,5=discreto 2=ottimo	2=5 2,5=6
resa in italiano/2		3=7 3,5=8-9 4=10

304 Un serpente mostruoso

I Romani, in guerra con i Cartaginesi, devono combattere anche con degli esseri mostruosi; tra questi un enorme serpente, che semina la morte e infetta col suo veleno tutta la regione.

Atilius Regulus, exercitu in Africam traiecto, primus ex ducibus Romanis in Lybiae regionibus contra Carthaginienses pugnavit. Ibi urbem Clypëam et trecenta castella expugnavit neque cum hominibus solum, sed etiam cum immanibus feris et monstris ei dimicandum fuit. Narrant enim cum apud Bagrädam flumen castra haberet et hostium impetum exspectaret, anguem ingentis magnitudinis exercitum Romanum terruisse, multos milites ingenti ore corripuisse, alios caudae ictibus elisisse, alios halitü pestilenti exanimavisse. Cum milites nullo modo ensibus vel sagittis monstri corium perforare possent, quod durissima squamarum lorica omnia tela repellebat, tum, machinis admotis, immanis belua tamquam arx munita balistis oppugnanda fuit. Cum tandem milites Romani saxorum pondere monstrum oppressissent, narrant cruorem ex corpore manavisse qui flumen ac proximas regiones adeo veneno infecit, ut Romani castra inde movëre coacti sint. Milites feram pelle exuerunt et vastum corium Regulus Romam misit.

comprensione del testo/4	0,5=insuff 1=suff	1=2-3 1,5=4
conoscenza delle regole morfo-sintattiche/4	1,5=discreto 2=ottimo	2=5 2,5=6 3=7
resa in italiano/2		3,5=8-9 4=10

305 Epaminonda e Meneclide

Meneclide vuole la pace, per impedire ad Epaminonda di mettersi in luce con le sue imprese; ma Epaminonda in un solo giorno ha liberato tutta la Grecia.

Meneclides quidam, cum videret Epaminondam florere in re militari, solebat hortari Thebanos ut pacem bello anteferrent, ne illius imperatoris opera desideraretur. Cui ille: «Fallis», inquit, «cives tuos, cum eos a bello avertas: otii enim nomine,¹ patriae servitutem concilias. Nam pax bello paritur. Itaque qui pace diutinã frui volunt, ad bellum exercitati esse debent. Quare si volumus Thebanos Graeciae principes esse, castris nobis, non palaestra utendum est».² Idem Meneclides cum obiceret illi insolentiam, cum ille diceret haud dubie Agamemnonis belli gloriam se obtinuisse, Epaminondas: «Quod³ Agamemnonis aemulum me putas, fallëris: nam ille cum universa Graecia vix decem annis unam urbem cepit, ego contra⁴ una nostra urbe unaque die totam Graeciam, Lacedaemoniis fugatis, liberavi».

dà Nepote, *Epaminondas*

¹ otii... nomine: «col pretesto della pace». ² castris... utendum est: ordina nobis (dativo d'agente = sogg. «noi») utendum est («dobbiamo usare») castris, non palaestra. ³ Quod: «Quanto al fatto che». ⁴ contra: «al contrario», avverbio.

comprensione del testo/4	0,5=insuff 1=suff	1=2-3 1,5=4
conoscenza delle regole morfo-sintattiche/4	1,5=discreto 2=ottimo	2=5 2,5=6 3=7
resa in italiano/2		3,5=8-9 4=10